



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Tractatus Theologico-Moralis De Sacris Ecclesiasticorum Ministeriis, Hoc est, De Horis Canonicis, & Missæ Sacrificio**

**Biesmann, Caspar**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno 1695.**

Caput I. Quid Sacrificium nova Legis, & an simul Latreuticum,  
Eucharisticum, Propitiatorium, & Impetratorium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42206**



## PARTIS SECUNDÆ

## SECTIO SECUNDA.

*De Eucharistia, ut est Sacrificium.*

## CAPUT I.

*Quid sacrificium nova Legis, & an simul Latrenticum, Eucharisticum, Propitiatorium, & Impetratorium.*

Definitur  
Sacrificium  
in comm.

**S**acrificium in communi, rectè definitur: *Oblatio Deo facta, per immutationem rei alicujus sensibilis, in signum & protestationem supremi dominij ipsius Dei in res creatas, ex publica & legitima institutione. Ita conformiter doctrinæ S. Thomæ 2. 2.*

Accommodatur communi definitioni Sacrificio novæ Legis.

*q. 85. art. 1. 2. 3. plures Theologi. Congruit autem hæc definitio Sacrificio novæ Legis, in quo fit oblatio Deo per immutationem rei sensibilis, id est, Christi secundum suam humanitatem; Quidam*

dum

dum mysticè occiditur, ut supra  
 ostensum, mysticè immutatur,  
 idque ex institutione tum Christi,  
 tum Ecclesiæ ejus Sponsæ, (subin-  
 tellige non quoad substantiam  
 Sacrificii, hoc enim Christus in-  
 stituit, sed ejusdem cæremonias,  
 ut per eam profiteamur supre-  
 mum Dei dominium in res crea-  
 tas. Quâ protestatione maximè  
 distinguitur Sacrificium ab omni-  
 bus aliis actibus Religionis. Hoc

verò Sacrificium nostrum, ut supra  
 diximus essentialiter consistit in  
 consecratione utriusque speciei; in consecra-  
 ad illius tamen integritatem spe-  
 ctat utriusque speciei sumptio.  
 Ac proindè ante Communionem  
 deficiente celebrante alius substi-  
 tuti debet, qui ex imperfecto Sa-  
 crificio integrum faciat. Vid. *Gob.*

Consistit  
 essentialiter  
 in consecra-  
 tione utri-  
 usque spe-  
 ciei.

*2r. 3. cas. 1.* Nominatur hoc Sacri-  
 ficiu à Christianis Missa, quam  
 vocem Molina putat derivatam à  
 voce hebræa, Missach, quod ob-  
 lationem significat, alii cum D.  
 Bonaventura derivant à verb.  
 mitto, eo quod per Sacrificium  
 nostrum mittatur oblatio ad  
 Deum. Undè in fine dicitur: Ite,  
 Missa est, id est, ite, jam oblatio ad  
 Deum Missa est, & completa tota

Et olim à  
 Christianis  
 Missa dice-  
 batur.

Est simul  
Latreuticū,  
Eucharisti-  
cum, Pro-  
pitiatorium  
& Impetra-  
torium.

Estne hoc  
Sacrificium  
ita Propiti-  
atorium, ut  
per illud  
immediatè  
remittantur  
peccata  
mortalia e-

sacra actio. *Gob. ibid* Est autem hoc Sacrificium nostrum juxta Theologos simul Latreuticum, Eucharisticum, Propitiatorium, seu Satisfactorium, & Impetratorium. Latreuticum dicitur, quia offertur in recognitionem supremi domini, quod Deus habet in res omnes creatas, adeoque est opus divinæ laudis, & cultus, tam eximius, ut majorem laudem & honorem Deo exhibere nequeamus, quam immolando ipsi in hoc Sacrificio Filium suum. Eucharisticum dicitur, quia offertur in gratiarum actionem pro variis beneficiis à Deo acceptis, & præcipuè pro beneficio Redemptionis, cujus iterata fit in hoc Sacrificio memoria. Propitiatorium, quia offertur pro peccatis & poenis Fidelium. Impetratorium, quia offertur ad impetranda varia bona tam spiritualia, quam temporalia. Cæterum hoc Sacrificium non est ita Propitiatorium, ut per illud immediatè remittantur peccata mortalia illius, pro quo offertur, modò sit attritus, quamvis id nonnulli docuerint; sed solum mediatè, ita ut illi vi Sacrificii tribuantur auxilia gratiæ, quibus

excitetur ad pœnitentiam, & consequenter ad veniæ impetrationem. *Suar, disp. 78. sect. 2. Lug &c.* Probabile tamen est, quod culpæ veniales, ad quas non retines affectum, ex opere operato tollantur immediatè vi Sacrificii. Vid. *Tann. disp. 5. q. 9. &c.*

CAPUT II.

*Ostenditur, quàm aptè prædicta ratio quadruplicis Sacrificij exprimitur per caeremonias & oblationes in Missa usurpari solitas.*

**H**Æc ratio Quadruplicis Sacrificii modò dicta præclarissimè exprimitur per caeremonias & oblationes, in Missæ Sacrificio ab Ecclesia præscriptas. Nam primò ratio Sacrificii Propitiatorii sive Satisfactorii pro peccatis continetur oblatione panis per consuetam Ecclesiæ formulam: *Suscipe S. Pater Omnipotens æterne Deus hanc immaculatam Hostiam, &c. Pro innumerabilibus peccatis, offensionibus, &c.* Item oblatione Calicis dicendo: *Offerimus tibi Calicem salutaris, &c. ut pro nostra & totius mundi salute, &c.* Circa quam panis & vini oblationem

*Quæ caeremonia contineat rationem Sacrificii Propitiatorii.*